Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



hominis confitebitur illum coram
angelis dei. Qui autem negauerit me co
ram hominibus denegabitur coram
angelis dei. Et omnis qui dixerit ver
bum in filium hominis remittetur
ei. Si autem in spiritum sanctum blas
phemauerit non remittetur ei. Cum
autem inducent uos in synagogas et
ad magistratus et potestates nolite
solliciti esse quomodo aut quid res
pondeatis aut quid dicatis. Spiritus
enim sanctus docebit uos in ipsa ho
ra quid oporteat dicere. Ait autem
quidam de turba ei. Magister dic
fratri meo ut diuidat mecum here
ditatem. At ille dixit ei. Homo qs
me constituit iudicem aut diuisorem
super uos. Dixitque ad illos. Vi
dete et cauete ab omni auaritia.
quia non ab in hominibus uita
est eius ex his que possidet.
Dixit autem similitudinem ad il
los dicens. Hominis cuiusdam
diuitis uberes fructus attulit et
cogitabat intra se dicens. Quid
faciam quia non habeo quo congregabo
fructus meos. Et dixit. hoc faciam
Destruam horrea mea et maiora
faciam et illuc congregabo omnia
que nata sunt michi et bona mea et
dicam anime mee. Anima habes
multa bona posita in annos plu
mos. requiesce comede et bibe. epu
lare. Dixit autem deus. Stulte hac
nocte animam tuam demones re
petent a te. Que autem parasti cuius
erunt. Sic est qui sibi thesaurizat
et non est in deum diues. Dixit qd
ad discipulos suos. Ideo dico uo
bis nolite solliciti esse anime ues
tre quid manducetis. neque corpo
ri uestro quid uestiamini. Anima plus
est quam esca. et corpus plus quam
uestimentum. Considerate corui
qui non seminant neque metunt et
quibus non est cellarium neque ho
reum. et deus pascit illos. Quanto
magis uos pluris estis illis. Quis
autem uestrum cogitando potest addere
ad staturam suam cubitum unum.
Si ergo neque quod minimum est poteſ
tis quid de ceteris solliciti estis.
Considerate lilia agri quomodo
crescunt. non laborant neque nent.
Dico autem uobis. quia nec salomon
in omni gloria sua uestiebatur si
cut unum ex istis. Si autem fenum
agri quod hodie est. et cras in clibanum
mittitur deus sic uestit. quanto
magis uos pusille fidei. Et uos
nolite quaerere quid manducetis
aut quid bibatis. et nolite in sub
lime extolli. Hec omnia gentes
mundi querunt. Pater autem uest
ter scit. quoniam omnibus his indi
getis. Verumtamen querite primum
regnum dei et iusticiam eius. et hec
omnia adiicientur uobis. Nolite
timere pusillus grex. quia complacuit
patri meo dare uobis regnum.
Vendite que possidetis. et date ele
mosinam. facite uobis saculos
qui non veterascunt. Et thesaurum
non deficientem in celis. quo fur
non appropiat. neque tinea corrumpit.
Vbi enim thesaurus uester est. ibi